



VVolffTheodoricus ex nobili familia Pfirdto-
rum in Suevia natus, à teneris annis armorū
exercitia dilexit, atq; magnum illorum usum sibi
comparauit. Itaq; diu Cæsaris castra secutus, ob in-
signem corporis & animi uirtutem in magna exi-
stimatione fuit. Cum itaq; tandem Germani sum-
mis uiribus Turcæ resistere statuissent, atq; in co-
mitijs Ratisbonæ anno 1542 publica auxilia decre-
uissent, hic VuolffTheodoricus cum Cōrado Be-
melbergio primarij peditum duces, ob rei bellicæ
peritiam, à Cæsare & ordinibus Imperij constitui
fuerunt. summus autem eius belli gubernator erat
Ioachimus elector Brandenburgicus. Itaq; cum e-

xercitus in Vngariam uenisset, VuolffTheodoricus suam fortitudinē multis
locis declarauit, & inter alios in magna autoritate fuit. Erat is in magna fami-
liaritate Ioannis Friderici electoris Saxonie, presertim quod eandem cum eo
religionem profiteretur. Itaq; cum bellum Smalkaldicum esset exortum, sese
cum Saxone coniunxit, & multa suæ uirtutis documenta edidit.